

## **Symma Juris Canonici**

Comprehensa Tribus Partibus In Qva Distincte Et Succincte Explicantur,  
quæ ad personas, negotia, & iudicia Ecclesiastica ex Canonum præscripto,  
pertinent

Sive Antinomia Iuris Pontificii Et Cæsarei - per CCL. Differentias plurium  
Doctorum auctoritate probatas, singulari studio in certas classes reducta,  
discussa, & explicata

**Strein, Johann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1658**

XX. Differentia 5. Iure civili fructus intelliguntur deductis expensis,

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61864](#)

XX.

## DIFFERENTIA 5.

*ture civili fructus intelliguntur deductis expensis, 1. Fructus τ. Soluto m-*  
*trim. Si à domino, §. fin. & 1. Fundus, π. Familiae heret cundæ. Sed se-*  
*cundum Canones decimæ solvenda sunt de omnibus fructibus prædiorum,*  
*nulla facta deductione impensarum, c. Cùm homine, de decim.*

c. Non est in potestate, c. Tua nobis eod. Bart. 106.

Ioann. Bapt. à S. Blasio 127. Canis. 28.

I. Fructus alii naturales sunt, alii indu-  
 striales. Naturales beneficio natu-  
 re proveniunt; industrielaborem &  
 expensas exigunt. In decimatione con-  
 siderati possunt vel naturaliter, prout ex-  
 tenti fini prodeunt, vel civiliter, quate-  
 mus hominum estimationi sublunt, qui,  
 quod impensum est, leparant. Innoc. inc.  
 Pastoralis, de decim. Panormit. ib. n. 9. Hinc  
 Jure civili constitutum est, deducendas  
 prius expensas esse, ut fructum quis ha-  
 bete dicatur; idque in petitione hæreditatis  
 cum primis servandum prescribi-  
 tur in l. Si à patre, §. fin. π. de petit. hæred.  
 Glos. in cit. l. Fructus. Covarr. l. I. Var. c. 3.  
 n. 3.

II. Contrarium Ecclesia præcipit, in  
 exhibendis nimirum decimis non esse  
 deducendas expensas, exemplo Mosaicæ  
 legis, ne christianis sacerdotibus potio-  
 tes esse Levitæ videantur. Conveniens  
 enim est, idque pluribus de causis, ut ple-  
 tâ manu decimæ à populo præstentur.  
 Primo, quia Deus ipse, quem in ministris  
 suis veneramus, ea, quibus indigemus,  
 non parcâ, sed largâ manu suppeditat, s.  
 Aug. S. 119. de temp. Secundo, quia deci-  
 mæ tributa indigentium animarum sunt,

c. Non est, de decim. Tertiò, quia domini  
 temporales, quæ sibi debentur, nullâ fa-  
 ctâ subtractione exigunt, & deficiente  
 puniunt. Atque ita servandum est in præ-  
 dialibus & mixtis decimis in personali-  
 bus deducere expensas licet, quia solvun-  
 tur ex lucro per humanam industriam  
 comparato. Lucrum enim dicitur, quod  
 remanet deductis expensis, leg. Actionum  
 genera §. Actionum, π. de oblig. & action.

III. Igitur mores, & usum quod atti-  
 net, non quod leges indulgent, sed quod  
 sacris Canonibus prescribitur, obler-  
 vandum est, & decimæ integræ expensis  
 non deductis exhibendæ sunt. Etenim  
 materia omnino spiritualis est, & negle-  
 ctus animæ periculum ad fert, quemad-  
 modū à SS. PP. & Theologis fuscè expli-  
 catum est. S. Thom. 2. 2. q. 87. art. 1. Soto l. 9.  
 de iust. q. 5 art. 2. Angelus Silv. & alii summ.  
 in v. Decima. Canis. l. 2. summ. tit. 26. §. Illud  
 discriminū. Bonac. Tom. 2. pag. 351. Zerola  
 Part. 1. v. Decima, n. 9. Piefec. impraxi Part.  
 2. c. 4. §. de de: im. Reginald. in summi. l. 19.  
 sect. 3. q. 5. Leo in thes. eccl. part. 2. c. 27. Feg-  
 und. Prac. Eccl. Part. 5. l. 1. c. 4. n. 8. Barb.  
 m. c. Cùm bonimes cit. Auct. l. de regim. iust.  
 c. 6.

D 3 XXI.DIF.